



DE ROMANÓRUM CIVILI CULTU - DE GLADIATÓRIBUS

Amphitheatrum, in quo certamina fiébant, **theátrum** scilicet sub divo extrúctum, ellípsis formam habet. **Aréna** autem áliquot lapideórum **grádium** ordinibus circúmdata est et cameráta **ambulácula** singula pro **tabuláti**s iuxta arénam procurréntia **áditus** cunctos inter se coniúngit. **Velárium** dénique, e longis lintheatisque **táeniis** constans, a solis íctibus spectatóres defendébat.



CARTOONS: TUDIO


Amphitheatrí séctio:



- a) anténnae
- b) gradus
- c) aréna
- d) fossa
- e) stábula
- f) fóricae
- g) funda-
ménta
- h) cloácae



Pretiósá tectória
amphitheatrí áditūs
ornábant.



Hic vide **gládium** et **cássides** ex aere conféctas et fabulósí pictúris ornátas pro gladiatórum clas-se diversas.



Secutórem hic aspice, cui contra **retiárium** pugnándum erat.




Retiárius hic est magna reti **præditus**, quia **secutórem** involvendo capere debébat.

Lañista pugnam inter **secutórem** atque **retiárium** inspicit. Is praeterea non modo gladiatórum magíster erat, sed etiám possessor. Ab eo editor ludórum gladiatóres petere debébat. Certáminis impénsa pro gladiatórum número, famá atque ornátu erat.



CARTOONSTUDIO



Venatiónes pugnae inter homínes atque animalia appellabántur; leónes, ursi, leopárdi, crocodíli e longinquisimís Asiae Africæque regiónibus importabántur: in scenam prodibant et capitis damnátos dentibus lacerabant vel bestiários aggrediebántur. Qui paene inermes collato pede cum feris pugnábant.



Post pugnam servus, **Mercúrium psychopómpum** (id est animárum ad infera ducem) vésibus imitátus, ferro ardenti inspiciebát utrum qui cecidisset adhuc viveret.



Horum spectaculórum actóres usque ad mortem alterutrius pugnábant et imperátor unus, **sublato póllice**, victi vitam serváre póterat.



Póllice verso autem victi mortem significábat, si adhuc viveret.



Galénus, claríssimus médicus antiquitátis, quáttuor annos gladiatórum chirúrgus fuit, cuius rei causá plúrima experiri pótuít.

COMPTUS MULIERUM

Post captas regiones Graecas et orientales, mulieres Romanae mutaverunt simplices comptus capillorum pristinos, se adaequantibus moribus Orientis. Non modo capilli, ope calamistri, crispabantur, sed disponebantur artificiose a sorvis ornatricibus et retinebantur acubus et vittis et aureis reticulis. Vultus praeterea tingebantur fuco.



vitta vel taenia

capillamentum vel galericulum

diadema



speculum

Ab aetate Claudi et Neronis, capilli crispantur calamistro.



saeculis IV^m et V^m p.Ch.n.

diadema



A II saeculo post Ch. n., torti crines nodantur supra crinem.



varia genera pectinum



Mulieres Romanae frequentius fucabant comas ad eas reddendas flavas vel rutilas.

pecten denso dente

Duae spatulae et instrumentum ad unguis purgandos.



capsella acuum



vas cerussae



per somnum



acus crinalis vel coronae



Servae iussae pectus componere comas dominae appellabamus pectentes vel ornatrices.


vasa unguaria

ornatrix

DE CAPÍLLIS ET BARBA APUD ROMÁNOS

Post Gráeciam subáctam, Románi coepérunt uti tonsóri-
bus, natióne Graecis, quorum
notíssima erat loquácitas.
Comptus capillórum apud
Romános fuit simpliciór quam
apud Graecos.

servus rasus



Tempóribus anti-
quioribus, barba et
capilli sinebántur
créscere libere.

Usque ad III saecu-
lum a.Ch.n., barba
erat exigua.

Extremâ re públicâ,
capilli gerebántur
longiores. Barba
coepit radi iam a III
saeculo a.Ch.n.

Ab Hadriano impe-
ratóre, rediit mos
barbae.



forfer



novacula vel cutiler
tonsorius

Sóberius comptus comae et bar-
bae reddébat austerum aspec-
tum Romanórum.



calamister,
quo crispabántur
capilli




capsa

Barba erat generatim signum
dignitátis et eruditiónis.



DE ROMANÓRUM CIVILI CULTU · THERMAE SIVE PÚBLICA BALÍNEA

THERMAE sive pública balínea loca fuérunt, quo Románi conveniébant, ut inter se colloqueréntur, corpóra exercérunt, iúderent et légerent. Magnis in tribus lavabántur álveis in tótidem conclávis pósitois inter se cóniúctis: in CALIDÁRIO scilicet ferventíssimae aquae, in TEPIDÁRIO tépidae et in FRIGIDÁRIO frigidae aquae plenis, quibus lavabántur. LACÓNICA quoque erant, id est cámerae vaporárie, ut ita dicam, in quibus abúnde sudábant.



THERMARUM FORMA DIOCLETIANI IMPERATORIS TEMPORE:


- | | | |
|----------------|----------------------|-------------|
| A) calidarium | 1) cellae vaporariae | 5) latrinae |
| B) tepidarium | 2) alvei | 6) piscina |
| C) frigidarium | 3) receptaculum | |
| D) palaestra | 4) apodyterium | |



LACÓNICUM appellabátur cella, ubi máximus calor erat.



CALIDÁRIUM aquóso vapóre calefiébat.



THERMĀRUM SÉCTIO: 1. aqua, 2. receptaculum, 3. cortina, 4. hypocáustum, quo sub paviménto et per parietes cálidus diffundebátur aër, 5. lacúnar, 6. camini, 7. fundaménta, 8. cloáca A) calidárium, B) tepidárium, C) frigidárium.

LÉCYTHUS ólei atque STRÍGILIS hi sunt: óleo enim non sapóne Románi corpóra conspergébant et contricábant; strigili autem detergebant.



Quod famulórum ancillarúmque auxílio faciébant.



Qui CALIDÁRIUM relíque-
rant in TEPIDÁRII aquâ
recreabántur.

Xysti vicini erant bálneis, in quibus hómines ambulábant vel amícos conveniébant vel de negótiis agébant.





In thermis bibliothécae
erant.




DE ROMANÓRUM CIVILI CULTU - DE MERCÁTU


Mercátus ex magno spátio duórum tabulatórum aedificiō cincto constábat. Quo in spátio agrícolae ac mercatōres sub divo fruges et venália in mensis exponébant. In médio insuper templum ac fontes erant.



Apothécae próximis in vis erant ibique terrae fructūs servabāntur. **Hórrea** ita confecta erant, ut ab uligine servarēntur. Pavimētum praeterea in latericiis parastatis innitebātur atque aēr, forāminibus ductis, sácculos circumfluebat.



Óleum
cibárium et
quod lumínibus
instillabátur
prelis
expréssum
úrceis in terra
infixis
asservabátur.



Prope mercátum furnus quoque erat et fruméntum magnis terebátur molis, quas robustíssimi hómines circumagébant. Ex duóbus constábant saxis ita dispóitis ut, circumácta obtritum fruméntum in púlverem redigerétur. In ália aedificíi parte farina cum aqua, sale et fer-ménto subácta in panes formabátur, qui in laterícium furnum immittebántur, ut coqueréntur.



Aedilibus merces, mensúras et póndera inspiciéndi munus erat.



Statérae, quas mercatóres ad pensándas merces, ex lance et scapo, in gradus diducto, constábant, super quem labebátur pónus.



Quibúsdam in tabérnis apud forum res ad luxúriam pertinéntes vénibant, libri scilicet, odóres et magni prétéi supéllex.




Circulatóres húmeris impósita merce circumbánt.

DE ROMANÓRUM CIVILI CULTU · CIRCUS CURRUÚMQUE CURSUS

CIRCUS, ad ludos et máxime ad equórum cursus cursúsque cúrruum destinátus, ellipticá formá fuit. CÁVEA, spátium scilicet spectatórum própriè váriis ex gráduum ordínibus constábat, praecinctioníbus separátis.

PULVÍNAR, sólii genus fuit, unde imperátor ludos spectábat.




CÁRCERES, ubi equi et currus custodiebantur, et unde certamina initium habebant, in latere minóre spinae erant.



Animália extérna quoque ostendebántur pópulo, vidélicet camelopárdales, tigrídes atque leónes.



Magistrátus, qui ludis praeeant, album agítando pannum, cui MAPPA nomen erat, initium dabant.




ARÉNA, in média parte divisa erat basi vel SPINA, státuís, obelíscis et fóntibus ornáta, atque eius in límite METAE erant, cónicae et parvae columnae, quas currus circumíre debébant.

CURRUS, qui cûrsibus intèrerant, de more a duôbus equis vehebântur (bigae) vel a quattuor (quadrigae), sed etiam sex, octo, decem esse pôterant, qui septies metas circumire debebant.

MISSUS appellabatur currum aditus in circum et SPATIUM singuli gyri appellabântur. CALX, sive CRETA amissis lineae nomen fuit.

Leves fuerunt currus et duobus rotis praediti, qui postica parte patiebant. Ab orto sole usque ad occasum certamina durabant et populus cum máximo studio intèrerat.



In CIRCO intervallôrum spâtiis elephânti aliâque animalia condocéfâcta ostendebântur.





VENATIONES, quoque id est pugnae ferarum fiebant et magnum populi studium erat.



Hic nummi imaginem videre licet Traiani imperatoris tempore signati. Haec attente specta: obeliscum cum spinâ atque venatione.

De domo atque insulis antiquae Romae

Opulentórum Romanórum domicí-
lium DOMUS fuit. Hic infra ígitur
Románae domus partes lege.



A) fauces

B) taberna

C) átrium

D) Implúvium

E) tablinum

F) triclinium

G) andron

H) alae

I) cubiculum

L) culína


M) posticum

N) cáthedra


O) piscina

P) peristýlium

Tegulárum usum
Románi nóverant.
Hic, quaeso, vide
tégumen tégulis vel
imbricibus factum
spicátim dispositis
plúviae colligén-
dae causá.



CARTOONSTUDIO



Haec domus est pars. Sub implúvio parvum forámen
erat, quo aqua fluébat in receptáculum subterráneum.




CONCLÁVIA parvis fenestris praedita parum illu-
strabántur, quae ut vitaréntur vitiá, fictae fenestrae
in parietibus acutis pingebántur coloribus.

PERISTÝLIUM,
hórtulus
tranquillus ac
silens erat,
cuius in médio
fonticulus erat
atque in fronte,
muro innixa,
Larum ara erat.



ÍNSULA áliter ac domus partes complures in duóbus vel tribus tabulátis continébat, quae in vias spectábant vel in caváfedia quibus conclávia interióra illustrabántur, sicuti átrio domus. Insulas máximam partem plebs occupábat, quae haud misérime vivébat. Eárum quaeque círciter CC^{ae} continébat hómines.



CARTOONSTUDIO

Ínsulae muri ex lígnea matéria constábant id est congestu arenáto laterúmque fragmentis ac tophis impléto, qui gypso vel tectório operiebátur.



Ínsulae conclávia mínima erant et quodque múltiplici causā adhibebátur.

VESTIMENTA

tunica

colobium

subligar vel
subligaculum

cinctus
Gabinus

vestiplicus

toga
picta

• antiquae vestes

tunica
angusticlavia

toga
virilis
vel pura

toga
praetexta

toga
pulla

subucula

cinctus

tunica
manicata

toga
sordida

calcei


tunica
talaris


tunica
sine cinctu

tunica

tunica laticlavia

crepidae
vel soleae





flamen
apex vel
albus galerus

pontifex
maximus

trabea

sagum

tunica

lorica

bracae

lacerna

caracalla
talaris

paludamentum

cucullus

paenula

pallium

tunica

stola

tāenia vel
mamillare

tunica

sōleae

sūbligat

stolae

tunica
interior

tunicula

toga
praetexta

flammeum


tunica

calcei

palla


palla

DE ROMANÓRUM VITAE CULTU



PONTES atque AQUAEDUCTŪS

Pontes atque aquaeductūs in Romanórum impérii finibus extructi, máximam eórum in extruendo peritiám osténdunt.



*Romae primus pons memóriá nostrá Subli-
cius est pons: ex ligno factus ita appellabatur,
quia in Tiberi flumine innitebatur palis, qui
súblicae dicebantur.*




*Haec parva valla fuérunt ad pontis structurás
protegéndas.*

*Pontes, quos Caesar in Rheno flumine fieri
iussit, Sublicio ponti fuerunt similes.*




*Liberæ Reipúblicae
tēpore firmissimi
pontes uno aut plūri-
bus fornicibus saxis
aedificabāntur.*




*Cæstius ac Fabricius pons, qui adhuc integer est,
Tiberinam sive Aesculāpii insulam cum utrāque Tibe-
ris ripā coniunxerunt.*




Cementicium opus, ex quo máxime constábat pons, latericio ópere extrinsecus ornátum erat.



Románi, ut aqua civibus suppeditaréntur, coctilibus aut plúmbeis subterrâneis utebántur fistulis aut, si terréni natúra exigébat, aquaeductús construxérunt arcubus et parástatis prædítos, quos super aqua inter trallissátos parietes fluébat.



Appii Cláudii aquaeductus hic est impérii Románi máximus, qui Romanórum rus per LXVIII chiliómetra transibat.



Romanórum aquaeductus híc est tribus ordinibus arcuum ornátus, qui in Gardóne flúmine apud Nemáusum civitátem, cui nunc Nîmes est nomen.


Híc quoque Romanórum aquaeductus apud Segóviam est. Adhúc suo múnere fúngitur, etsi Traiáni imperatóris témpore exstrúctus!

DE ROMANÓRUM CIVILI CULTU · FORUM


Forum, id est amplissima platea públicis circúmdata aedificiis, templis, basilicis atque tabérnis civium vitae umbilicus non modo in urbe Roma, sed étiam in ceteris Italiae civitatibus fuit.

Non modo de politicis, sed étiam iudiciáriis, mercatorisque rebus in foro cives agébant.

Complúra in magnis civitatibus fora fuérunt. Romae enim **forum Románum**, **Caësarís forum**, **Augústi et Trajáni**, sed adde empória, et **forum boárium**, **olitórium** sive herbárum, et dénique **piscárium** fuérunt.




Patricii cives lecticis in forum vehebántur.




1. BASÍLICA
2. PÓRTICUS
3. TABÉRNAE
4. CÚRIA
5. TEMPLUM

Comítium fori pars fuit, ubi pópuli contiónes erant. In Romanórum foro oratóres pópulo verba faciébant ex **rostris**, sive ex suggestu ornáto návim rostris, quae Antiátibus céperant.



Arcus in áditu fori fuit.





*Cúria magnum
concláve fuit, quo
Senatóres et
Decuriónes conve-
niébant.*



*Basilica amplum atque ingens aedificium fuit de more
tribus prædita alis, colummnis interièctis. Ius ibi dicebátur et
negótia agebántur vel, si pluëbat, conciónes habebántur.*


*In porticibus
officia atque
tabernæ paté-
bant. Mercató-
rum atque ar-
gentariórum in
superiøre tabu-
lato sedes erant.*



Capréoli, (-órum, pl.m.)




*Templa alleváta in pódiis
orthogóniam aut quadrá-
tam formam habébant.*




*Pede plano
tabernæ autem
artificum taber-
nariórumque
erant.*




ARCHITECTÚRA ET VEHÍCULA



ARCHITECTŪRA






DE ROMANÓRUM CULTU - VIAE ATQUE ITÍNERA

Románi mirábili arte plúrimas aperuérunt vias, quae Romam cum céteris Itá-liae úrbibus atque remotíssimis impérii provinciis coniungébant.

1. *stratum* sive *stratúra silíce confecta*
2. *núcleus* sive *aréna cum rúdere mixta*
3. *rudus* id est *strata glárea*
4. *statúmen* id est *viae lectus lapídeus*



Via Áppia, anno CCCXII^o a.Chr.n. ab Áppio Cláudio Censóre apérta, Romam cum Cápua iungébat et inde usque ad Brundí-sium producta est.



- | | |
|------------------------|------------------------|
| 1. <i>via Augústa</i> | 7. <i>via Salária</i> |
| 2. <i>via Postúmia</i> | 8. <i>via Valéria</i> |
| 3. <i>via Aemília</i> | 9. <i>via Latína</i> |
| 4. <i>via Aurélia</i> | 10. <i>via Áppia</i> |
| 5. <i>via Cássia</i> | 11. <i>via Popília</i> |
| 6. <i>via Flamínia</i> | 12. <i>via Valéria</i> |


*Romanórum viae amplae et directae lapídis
multángulis sternebántur.*

*A magistrátibus plerúmque viae nominabántur,
qui aperúerant eas.*



In cippis miliáriis, spátium mille pássuum indicántibus, columnárum formā præditis, númerus miliórum pássuum et nomen magistrátus vel Imperatóris, qui viam aperúerant, inscripta erant. Adde cippórum miliariórum primum in foro Románo infixum inaurátum fuisse.



In montánis regiónibus, ut natúrae malignitas vincerétur, cuniculos Románi fodiébant rupésque per longum spátium secábant.



*In civitatibus crepidínibus sive márgínibus, quā pédites ire póte-
rant, viae cingebántur.*

De domo atque ínsulis antiqúae Romae

Opulentórum Romanórum domici-
lium DOMUS fuit. Hic infra igitur
Románae domús partes lege.



A) fauces

B) tabérna

C) átrium

D) Implúvium

E) tablinum

F) triclinium

G) andron

H) alae

I) cubículum

L) culína



M) posticum

N) cáthedra

O) piscina

P) peristýlium

Tegulárum usum
Románi nóverant.
Hic, quaeso, vide
tégumen tégulis vel
imbricibus factum
spicátim dispositis
plúviae colligén-
dae causá.



Haec domus est pars. Sub implúvio parvum forámen
erat, quo aqua fluébat in receptáculum subterráneum.



CONCLÁVIA parvis fenéstris prædita parum illu-
strabántur, quae ut vitarentur víta, fictae fenéstrae
in panétibus acútis pingebántur colóribus.